Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vestimenta mea et super
veste mea miserunt sor
tem. Et sedentes seba
bant eum. Et imposuerunt
super caput eius causam
ipsius scriptam. Hic est iesus
nazarenus rex iudeorum.
Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones unus
a dexteris et unus a sinistris. Pretereuntes autem
blasphemabant eum
monentes capita sua
et dicentes. Vah qui
destruis templum dei
et in triduo illud re
edificas. Si filius dei es de
scende de cruce. Similiter et principes sacerdotum
illudentes cum scribis
et senioribus dicebant.
Alios saluos fecit se
ipsum non potest saluum
facere. Si rex israhel est
descendat nunc de cruce
et credimus ei. Confidit
in deo liberet eum nunc
si vult. Dixit enim quia
dei filius sum. Idipsum autem
et latrones qui cruci
fixi erant ei conuiciabantur.
Ab sexta autem
hora tenebre facte sunt
super universam terram
usque ad horam nonam.
Et circa horam nonam
clamauit ihesus voce
magna dicens heli.
heli lama sabathani
hoc est deus meus deus
meus ut quid dereliqui
sti me. Quidam autem
illic stantes et audi
entes dicebant. Ecce
vocat iste. Et cum
mox circumuolasset spongia im
plenta acetum et impo
situm harundini et da
bat ei bibere. Ceteri au
dicebant. Sinite videamus
an veniat helias li
berans eum. Iesus autem
iterum clamans voce ma
gna emisit spiritum. Et